Anno XXV - N. 3 - Luglio-Settembre 1899

BOLLETTINO STORICO

DELLA SVIZZERA ITALIANA

Fondato nel 1875

Coi Caratteri e presso Colmegna & C., Bellinzona - 1899

BOLLETTINO STORICO della Svizzera Italiana

CONDIZIONI D'ABBONAMENTO

SVIZZERA, per un anno (quattro fascicoli) Fr. 10.—
ESTERO, per un anno (quattro fascicoli) Fr. 12.—
UN FASCICOLO SEPARATO Fr. 2.50

Direttore: GIUSEPPE MARTINOLA, Bellinzona
Amministrazione: ARTI GRAFICHE ARTURO SALVIONI & Co., Bellinzona

SOMMARIO

Lorenzo Simoni, Bisogno — Gli statuti dei dazi e delle vetrerie della Comunità di Lugano del sec. XV (cont. e fine).

A. B. Speziali — Note paleografiche sulle carte private della Svizzera Italiana nell'alto Medioevo. Parti II.a e III.a

Miscellanea — Brevissime generazioni (F. Bernardinoni) — Famiglia di Arogno oriunda di Monzuvico-Vias (M. Guainzoli) — La rocca di Bellinzona — L'opera di Pietro Sbarbaro Farmacista — Spunti di A. Canonici — Il cartolario di Andrea Pozzati — Ticino' disunito — Cisalpini e Revio — Basili irrequieto — Dichiarazione per l'attacco inglese del 16 febbraio 1798 — Lettere sequestrate — G.B. Fioda ministro — Scritti di Camillo Ugoni — Giuseppe Von Menflen.

Informazioni bibliografiche — (Kendrick - Giangarlo e Bertolone - Bernardi - Agliati - Carnelutti).

Necrologi — (Eligio Pometta - Davide Bazzi).

Bollettino Storico

della Svizzera Italiana

FONDATO A BELLINZONA DA EMILIO MOTTA NELL'ANNO 1879

Serie IV — *N. 3 - Luglio-Settembre 1950* — *Anno XXV*

GLI STATUTI DEI DAZI E DELLE VETTOVAGLIE DELLA COMUNITÀ DI LUGANO DEL SECOLO XV

(Continuazione e fine vedi N.ro 4, 1949)

LIBER DATI VICTUALIUM COMUNITATIS LUGANI ET VALLIS AC RIPPERIE ET PERTINENTIARUM

IESUS. (*b*) IN NOMINE DOMINI, AMEN. LIBER DATI (*c*) VICTUALIUM COMUNITATIS LUGANI ET VALLIS ET (*d*) RIPPERIE ET PERTINENTIARUM (*e*). MCCCC°LXX TERCIO, DIE VENERIS PRIMO MENSIS IANUARII. (*f*) c. 271 r. (*a*)

I. Imprimis, quod quilibet teneatur ostendere iudici balantias, pensas et pondera cuiuslibet generis et maneriei sint.

ITEM statutum est quod quelibet persona cuiusvis status et condictionis existat teneatur et debeat ostendere dicto iudici quotienscumque iverit causa querendi ipsas balantias, stateras et omnia pondera liprarum (*g*) cuiuscumque maneriei sint, manifestare et ostendere teneatur (*h*) ipsi iudici quandocumque petierit. Et si quis celaverit vel non consignaverit ipsas balantias et pondera, puniatur et condemnetur (*i*) per ipsum iudicem qualibet vice in libris decem terciolorum; et nichilominus puniatur si invente fuerint non eque vel minus iuste et etiam si ipse lipre non essent triginta onziarum (*l*) puniatur ut supra.

II. Quod vendentes ad pensam teneantur et debeant habere lipram et onziam.

ITEM statutum est quod omnes persone que vendunt ad pensam aliquod, teneantur et debeant habere pensas, videlicet (*m*) lipram, onzias (*n*) et mediam onziam secundum formam ordinatam (*o*) per comunitatem

a) c. 28 r. in A.- b) Manca in A.- c) Ecce datum A.- d) ac. A.- e) B: dopo pertinentiarum, segue in capolinea cancellato Imp.- f) La datazione manca in A.- g) librarum A.- h) manifestare teneantur et ostendere A.- i) condempnetur A.- l) onzias A.- m) scilicet A.- n) et onzias A.- o) ordinamentorum B; ordinamentorum factorum

Lugani et vallis et eis (*p*) omnes pensas seu pondera debeant habere de ferro vel de auricalco (*q*) et debeant ipsa pondera, sive lipre (*r*) sive alia pensa esse signata et bullata de signo comunitatis Lugani et vallis, seu offitialis (*s*) et rectoris eiusdem quod fiet ad hec. (*t*)Et qui contrafecerit vel habuerit, solvat qualibet vice pro qualibet lipra que non esset illius maneriey (*u*) ut supra, vel signata (*v*) ut supra, libras quinque terciolorum, et pro (*z*) qualibet media lipra, libras duas terciolorum. Et de quolibet alio pondere infra, (*aa*) soldos viginti terciolorum.

.III. Quod fossatores et revenditores (*bb*) non vadant in mercatum (*cc*) etc. (*dd*).

ITEM statutum est quod dominus (*ee*) capitaneus seu iudex victualium compellat omnes fossatores (*ff*) blave comunitatis predicte venire coram se ad certum terminum et ab eis et quolibet eorum recipere bonam et idoneam (*gg*) securitatem de libris ducentis terciolorum (*hh*) pro quolibet quod non facient (*ii*) duci nec ducent blavam, (*ll*) castaneas seu legumina contra predicta statuta.

.IIII°. Quod pene victualium solvantur in denariis numeratis.

ITEM statutum est quod omnes predicte infrascripte pene solvantur comunitati predicte in denariis numeratis tantum, et non in aliqua alia substantia.

.V. Quod habentes bladum (*mm*) pro suo usu non emant bladum. (*nn*)

ITEM statutum est quod nulla persona habens blavam, legumina et castaneas pistas pro suo usu et familie sue, non possit emere aliquam blavam, castaneas nec legumina in mercato (*oo*) blave comunis Lugani. Foris vero mercatum (*pp*) quilibet (*qq*) possit emere ad suam voluntatem, exceptis vena, ordeo et melica (*rr*) pro equis et pro aliis bestiis. Pro suo usu inteligatur (*ss*) some tres pro qualibet bocha. Et ⟨hoc⟩ (*tt*) sub pena et bano (*uu*) librarum decem terciolorum pro qualibet soma qualibet vice, et amissionis blave, leguminum (*vv*) et castanearum; et abinde infra pro rata parte some. Et quilibet possit acusare (*zz*); medietas blave et (*a*) leguminum (*b*) et castanearum sit comunis Lugani et alia (*c*) acusatoris. (*d*) //

A.- p) **eis** A.- q) **auricalcho** A.- r) **lipras** A e B.- s) **officialis** A.- t) **ad hoc** A.- u) **maneriei** A.- v) **signate** A.- z) Dopo **pro** segue cancellato **alio** A.- aa) Segue cancellato **sod** A.-

bb) **retrovenditores** A.- cc) **merchatum** A.- dd) Manca in A.- ee) **quod predictus dominus** A.- ff) **fosatores** A.- gg) **ydoneam** A.- hh) **novorum** A.- ii) **fatient** A.- ll) Con **castaneas** iniziasi c. 28 v. in A.-

mm) **blavam** A.- nn) **blavam** A.- oo) **merchato** A.- pp) **merchatum** A.- qq) **et quilibet** B.- rr) **melicha** A.- ss) **intelligantur** A.- tt) Integrato come in A.- uu) **banno** A.- vv) **legumina** A.- zz) **accusare** A.- a) Manca in A.- b) **legumina** A.- c) **altera** A.- d) **accusatoris** A.-

.VI. Quod pistores faciant (*e*) panem ad pensam et ordine pense. (*f*) c.271 v.

ITEM statutum est quod quilibet pristinarius, vel familia eius, faciens (*g*) panem de sua farina ad vendendum, faciat (*h*) ipsum panem ad pensam sibi datam per offitialem comunis Lugani ad hoc constitutum sive per iudicem victualium cum conscilio procuratorum dicti comunis Lugani et superstitum. Et si quis pristinarius fecerit aliquem panem qui sit minor pense, solvat pro bano (*i*) qualibet vice pro quolibet pane denarios duodecim et perdat ipsum panem.

.VII. De pena facientium (*l*) panem minorem. (*m*)

ITEM statutum est quod si quis pristinarius, vel familia eius, fecerit panem de sua farina ad vendendum minorem onzia una et dimidia, solvat pro bano (*n*) qualibet vice et pro quolibet pane soldos tres, et amittat ipsum panem.

.VIII. De penis (*o*) facientium (*p*) panem brunum vel turpem.

ITEM statutum est quod si aliquis (*q*) pistor, vel (*r*) aliquis de familia sua, fecerit aliquos panes brunos, vel mistos aliqua turpitudine vel mistione non ponenda in ipsis panibus, vel turpes, quot quot (*s*) fuerint ipsi panes, sive unus sive plures, puniatur in imperialibus sex pro quolibet pane totius cocte et amissione panis totius cocte.

.VIIII. De pena panis male cocti (*t*).

ITÈM statutum est: si quis pistor, vel familia sua, fecerit panem vel panes male coctos, puniatur (*u*) de quolibet pane reperto in denariis duodecim et amittat ipsum panem vel panes male coctos.

.X. Quod pistores teneantur facere panem ad sufficientiam. (*v*)

ITEM statutum est quod iudex victualium habeat virtutem precipiendi pistoribus Lugani et vallis ut faciant (*z*) panes ad sufficientiam secundum pensam eis datam, et ipsos panes portare vel portari facere ad loca que sibi deputarentur in burgo et valle Lugani. Et qui contrafecerit solvat qualibet vice soldos viginti terciolorum.

---

e) **fatiant** A.- f) **ordine et penna pense** A.- g) **faciens** A.- h) **fatiant** A; **faciant** B.- i) **banno** A.-

l) **fatientium** A.- m) A questa rubrica segue immediatamente in capolinea **Item de pane tenendo super balchonum vel in vase patenti** che è la rubrica del cap. XII, B.- n) **banno** A.-

o) **pena** A.- p) **fatientium** A.- q) Più rettamente **quis** in A.- r) **ne** A.- s) Precede abbreviato **quot quot** cancellato.-

t) Con **Item** iniziasi c. 29 r. in A.- u) **puniantur** A.-

v) A: a questa rubrica segue immediatamente in capolinea **De panis male cocti** che è la ripetizione della rubrica del cap. VIIII° z) **fatiant** A.-

.XI. Quod nullus recipiat panem pistoris in guberno (*aa*).

ITEM statutum est quod nulla persona habitans in burgo Lugani debeat recipiere nec gubernare in domo in qua habitat panem vel panes alicuius pristinarii, sive dictus panis sit iuste pense vel male pense, sive turpis, sive male coctus. Et qui contrafecerit solvat pro bano (*bb*) soldos sexaginta terciolorum (*cc*) pro qualibet vice.

.XII. De pane tenendo super balchonum vel in (*dd*) vase patenti (*ee*).

ITEM statutum est quod quilibet pistor seu familia eius teneatur tenere totum suum panem venalem aut super balchonum, (*ff*) aut in uno scrimpno (*gg*) aperto apud balchonum, aut in alio loco viciniori ad balchonum, ita quod panis de facili videri possit. Et qui contrafecerit solvat pro bano pro quolibet pane in qualibet vice, denarios duodecim et amittat panem. //

c. 272 r. .XIII. De pena pistorum non manifestantium panem. (*hh*)

ITEM statutum est quod quilibet pistor, seu familia eius, teneatur manifestare panem quem haberet (*ii*) in domo sua vel aliena si interogatus fuerit per iudicem victualium, vel superstites eius. Et si negaverit (*ll*) amittat totum panem qui repertus fuerit post negationem, et ulterius condemnetur (*mm*) in denariis duodecim pro quolibet pane qualibet vice qua contrafecerit.

XIIII°. De pane duro.

ITEM statutum est quod si reperiretur per aliquem offitialem comunis Lugani alicui (*nn*) pistori aliquis panis durus, qui sit minor iusta pensa de quarto uno vel abinde infra, quod panis non amittatur, nec pistor (*oo*) subiaceat alicui pene peccuniarie. Sed si panis durus inveniatur (*pp*) minor iusta (*qq*) pensa a quarto uno supra, quod puniatur secundum formam statutorum comunis Lugani.

---

aa) A : a questa rubrica segue immediatamente in capolinea **Quod pistores teneantur facere panem ad sufficientiam,** che è la rubrica ripetuta del cap. precedente.- bb) **banno** A.- cc) **novorum** A.-

dd) Manca in A.- ee) A: a questa rubrica segue immediatamente in capolinea **Quod nullus recipiat panem pistoris in guberno,** che è la rubrica del cap. precedente. - ff) **bocchonum** corretto di s.m. in **balchonum** A.- gg) **scampno** A.-

hh) A erratamente rubricato: dopo la rubrica cancellata **De pane duro** segue sulla stessa linea quella del cap. precedente. - ii) **habet** A.- ll) **invenerit** A.- mm) **condempnetur** A.-

nn) **aliqui** A.- oo) Segue **subiacet** corretto in **subiaceat** con la **a** nell'interlineo in A.- pp) **Sed si - inveniatur** manca in A.- qq) **iusta** manca in A.-

.XV. De penis hospitum (*rr*) non manifestantium panem.

ITEM statutum est quod quilibet hospes et eius familia teneatur et debeat (*ss*) manifestare panem quem habuerit, et presentare (*tt*) ipsum panem. Et qui contrafecerit, solvat pro qualibet vice soldos viginti (*uu*) terciolorum, et amittat panem qualibet vice. Et si negaverit se (*vv*) habere, et (*zz*) postea inventus fuerit, puniatur in soldis sexaginta terciolorum (*a*) in qualibet vice et amittat panem.

.XVI. Quod nullus pistor audeat miscere cum blado aliquid aliud.

ITEM statutum est quod nullus pistor de burgo nec valle Lugani debeat ponere nec poni facere fabas, nec legumina, nec aliquid aliud malitiose in frumento nec in alia blava que et quod mittatur ad macinandum, nec in farina de qua inde fieri debeat (*b*) panis. Et qui contrafecerit, solvat pro bano soldos viginti terciolorum (*c*) pro qualibet vice.

XVII. Quod molinarii teneantur consignare farinam infra terciam (*d*) diem.

ITEM statutum est quod quilibet molinarius teneatur et debeat consignare et reddere blavam sibi datam ad macinandum macinatam infra terciam (*e*) diem postquam fuerit sibi data (*f*), et ad illam pensam sive stateram ad quam fuerit sibi data, detracta parte sibi concessa per comune Lugani pro macinatura de qua inferius fit mentio. Et si quis molinarius ⟨non consignaverit⟩ (*g*) seu non reddiderit (*h*) ad ipsum terminum solvat comuni Lugani pro qualibet vice et pro quolibet quartario soldos decem terciolorum (*i*). Et si ipsam farinam traxerit (*m*) in minori quantitate quam debuerit, restituat illam farinam illi cuius fuerit que (*n*) minus reperiretur, et ultra solvat comuni Lugani pro qualibet lipra (*o*) onziarum duodecim, denarios duodecim. Et (*p*) dominus libere possit accipere bestiam portantem ipsam blavam vel farinam quo usque satisfactum fuerit sibi de ipsa farina defecta sine pena comunis Lugani. Et de predictis omnibus adhibeatur plena fides domino dicte blave sive familie (*q*) eius que (*r*) dederit ipsam blavam.

---

rr) hospitium B.- ss) debeat et teneatur A.- tt) temptare A.- uu) viginti soldos A.- vv) Con habere iniziasi c. 29 v. in A.- zz) Integrato da A.- a) novorum A.-

b) debet A.- c) novorum A.-

d) tertiam A.- e) tertium A.- f) datam B.- g) Integrato da A.- h) rediderit A.- i) novorum A.- l) intercerit B.- m) traserit A.- n) qui A.- o) libra A.- p) Precede cancellata un'altra et B.- q) familiari A.- r) qui A.-

.XVIII. De penis (*s*) molinariorum cavalcantium super farinam.

ITEM statutum est quod nullus molinarius amodo in antea debeat cavalcare (*t*) super farinam. Et qui contrafecerit, solvat pro bano (*u*) una quaque vice soldos quinque terciolorum (*v*): cuius pene medietas sit acusatoris (*z*) et alia medietas comunis Lugani. //

c. 272 v. .XVIIII°. Quod tabernarii (*aa*) debeant tenere quartinas et medias quartinas et vasa (*bb*) cocta.

ITEM statutum est quod quilibet vendens vinum ad minutulum non possit nec debeat tenere in aliqua taberna aliquam galedam de quartario et de (*cc*) medio quartiario, ⟨ et de quartino et de medio quartino ⟩ (*dd*) et bicherio, fixo, siffo et copa (*ee*) qui et que non sint cocte vel non (*ff*) coequate per offitiales comunis Lugani ad illud pretium quod vendiderit vinum secundum quod concessum est per comune Lugani. Et qui contrafecerit, solvat pro bano (*gg*) qualibet vice soldos viginti terciolorum, (*hh*) salvo quod possit ⟨ bibi ⟩ (*ii*) in vitreis et copis (*ll*) argenteis dummodo sit mensuratum in mensura cocta ut supra.

.XX. (*mm*) Quod tabernarii debeant tenere vasa (*nn*) coequata et cocta per digitum unum infra.

ITEM statutum est quod predicti offitiales qui coquent et coequant dictas mensuras sive dicta vaxa, videlicet galedam de quartario et medio quartario, (*oo*) de quartina et media quartina, siffos, ciatos et bicherios (*pp*) debeant ⟨ signare ⟩ (*qq*) per digitum unum grossum ab ore, (*rr*) et ipsas mensuras coequare et coquere (*ss*) iuste, sub pena et bano (*tt*) soldorum viginti terciolorum (*uu*) in qualibet vice et qualibet mensura.

.XXI. De exactione predictarum penarum. (*vv*)

ITEM statutum est quod predicte pene (*zz*) et alia bana (*a*) debeant per iudicem et exactorem heris et caneparium (*b*) comunis Lugani exigi in denariis numeratis tantum infra terciam (*c*) diem post condemnationem (*d*) factam si accusatus habitaverit infra confinia; et si habitaverit extra confinia, debeat eas exigere usque ad decem dies a termino condemnationis (*e*) inantea computando; et terminus condemnationis (*f*) debeat esse trium dierum tantum.

---

s) **pena** A.- t) **cavalchare** A.- u) **banno** A.- v) **novorum** A.- z) **accusatoris** A.-

aa) **molinarii** A.- bb) **vaxa** A.- cc) Manca in A.- dd) Integrato da A.- ee) **coppa** A.- ff) Manca in A.- gg) **banno** A.- hh) **novorum** A.- ii) Integrato come al cap. LXVIIII del **De offitio victualium** degli statuti comaschi del 1335 (Volumen magnum, II, pag. 304, riga 23 nell'edizione Manganelli).- ll) **coppis** A.-

mm) Iniziasi c. 30 r. in A.- nn) **vaxa** A.- oo) **de quartino et medio quartino** A.- pp) **siffos et nappos et bicherios** A.- qq) Manca in A e B.- rr) **oro** A e B.- ss) **coequare** A.- tt) **banno** A.- uu) **novorum** A.-

vv) **predictarum rerum pecuniarium** A.- zz) **penne** A.- a) **banna** A.- b) **caneparii** B.- c) **tertium** A.- d) **condemunationem** A.- e) **condempnationis** A.- f) **condempnationis** A.-

.XXII. Quod venditores vini vendant in vaxis (*g*) coctis et coequatis. (*h*)

ITEM statutum est quod quilibet qui vendiderit vinum ad minutum infra dicta confinia comunis Lugani et vallis debeat (*i*) ad iustam mensuram vendere in vasibus coctis et coequatis per offitiales comunis Lugani. Et qui vendiderit vinum aut male mensuratum vel in vasis non coctis et non coequatis, solvat pro bano (*l*) soldos quadraginta terciolorum (*m*) in qualibet vice et pro qualibet mensura.

.XXIII. De carnibus morbosis et gremegnosis (*n*)

ITEM statutum est quod aliquis becharius vendens carnes recentes in burgo et valle Lugani non possit nec debeat vendere nec tenere ad becharias seu ad banchum (*o*) aliquas carnes gremegnosas (*p*) nec morbatas, nec cerbigatas, nec morticinas, (*q*) nec carnes de porca (*r*) pro carnibus de porco masculo, (*s*) nec de peccora (*t*) nec de becho, nec de capra, nec de moltono pro carnibus de castrono, nec aliquas carnes alicuius speticí bestiarum pro carnibus alterius speticí bestiarum. Et qui contra predicta vel aliquod predictorum fecerit, solvat pro bano (*u*) comuni Lugani soldos sexaginta terciolorum (*v*) et amittat carnes. Et emtores teneantur manifestare iudici quando petitum fuerit.

.XXIIII°. De penis inflantium vel scomflantium rognonos. (*z*)

ITEM statutum est quod nullus becharius vel aliqua persona, vendens carnes recentes (*aa*) ad minutum, debeat aliquam pinguedinem ponere intus rognonos alicuius bestie nec replere nec schomplare. (*bb*) Et qui // contrafecerit, solvat pro bano (*cc*) qualibet vice soldos sexaginta tercio- c. 273 r.
lorum (*dd*) et pro qualibet bestia. Et becharius qui apposuerit (*ee*) virgam alicui (*ff*) bestie femine quod appareat masculus, solvat pro bano (*gg*) in (*hh*) qualibet vice soldos sexaginta terciolorum. (*ii*) Et quilibet possit acusare (*ll*); medietas cuius bani (*mm*) sit accusatoris, et altera (*nn*) medietas (*oo*) comunis Lugani.

---

g) vasis A.- h) coequatis con la e nell'interlineo A.- i) debeant A e B.- l) banno A.- m) novorum A.-

n) gremenosis A.- o) bancham A.- p) Manca in A.- q) morticinas con s su rasura A.- r) porcha A.- s) maschulo A.- t) pecora A.- u) banno A.- v) novorum A.-

z) De pennis implentium et schonflantium rogniones A.- aa) mortuas A.- bb) sconflare A.- cc) banno A.- dd) novorum A.- ee) Con apposuerit termina c. 30 r. e iniziasi c. 30 v. in A.- ff) alterius A.- gg) banno A.- hh) Manca in A.- ii) novorum A.- ll) accusare A.- mm) banni A.- nn) alia A.- oo) Manca in A.-

.XXV. De vitulis minoribus liprarum viginti non vendendis.

ITEM statutum est quod aliqua persona, undecumque sit, infra confinia Lugani et vallis (*pp*) non (*qq*) audeat nec presumat vendere aliquem vitulum nec vitulam (*rr*) mortuum nec mortuam, nec interficere intra confinia Lugani et vallis, (*ss*) qui seu que sit minor liprarum viginti ad lipram carnium onziarum triginta que venduntur et pesantur ad stateram comunis Lugani; in qualibet vice et amittat carnes et ulterius condemnetur (*tt*) in libris tribus terciolorum.

.XXVI. De (*uu*) bechariis tenentibus carnes occultas vel venditas.

ITEM statutum est quod nullus becharius audeat nec presumat habere nec tenere in eius becharia, seu domo, vel archono propria vel conducta, (*vv*) aliquas carnes absconsas, seu occultas ⟨ vel occultatas, ⟩ (*zz*) nec carnes venditas seu quas dicat vendidisse. Et quod (*a*) teneatur dare cuilibet petenti et ab ea parte qua voluerit. Et hoc sub pena soldorum sexaginta terciolorum et amissionis carnium qualibet vice. Et quilibet possit accusare, et detur accusatori fides cum sacramento ,et habeat medietatem pene seu bani (*b*). Et hoc statutum habeat locum de carnibus incisis vel incidendis. (*c*)

.XXVII. Quod venditores piscium (*d*) vendant primo (*e*) apellanti. (*f*).

ITEM statutum est quod quilibet venditor piscium (*g*) teneatur et debeat vendere unicuique persone primo apellanti (*h*) et volenti emere de aliquo predictorum (*i*) pissium (*l*) de ipsis pissibus (*m*) et de quacumque parte pissis (*n*) quam emptor emere voluerit, vel a capite, silicet (*o*) in (*p*) parte media vel extrema (*q*) vel a parte caude pro pretio pretaxato. (*r*) Et qui sic vendere vetaverit vel non vendiderit et dederit, puniatur de soldis viginti terciolorum (*s*) qualibet vice et amittat pisses. (*t*)

---

pp) et vallis manca in A.- qq) Manca in A.- rr) vitullum nec vitullam A.- ss) et vallis manca in A.- tt) condempunentur A.-

uu) Del con la consonante finale cancellata A.- vv) conduta A.- zz) Integrato da A.- a) quod manca in A.- b) penne seu banni A.- c) vel incidendis manca in A.-

d) piscuum A.- e) A e B prius.- f) appellanti A.- g) piscuum A.- h) appellanti A.- i) predictarum B.- l) piscium A.- m) piscibus A.- n) piscis A.- o) scilicet A.- p) vel in A.- q) extranea B.- r) superius pretaxato A.- s) novorum A.- t) pisces A.-

.XXVIII. Quod balantie cum quibus venditur sint iuste.

ITEM statutum est quod predicte balantie habeant bonas cordas subtiles (*u*) et bene contestas, et que balantie sint curribiles, eque et de facili cadentes et levantes. Et alias ⟨ quam ⟩ (*v*) eas balantias qui habuerit, puniatur de soldis sexaginta terciolorum (*z*) qualibet vice et amittat balantias et onzias.

.XXVIIII°. Quod nullus revenditor emat pulos, (*aa*) ochas et ova.

ITEM statutum est quod nullus (*bb*) revenditor audeat (*cc*) nec presumat infra (*dd*) confinia comunis Lugani, emere pullos, ochas, ⟨ anedas, ⟩ (*ee*) ova et alias res cuiuslibet generis et maneriei sint. Et qui contrafecerit, solvat pro bano (*ff*) qualibet vice soldos sexaginta terciolorum (*gg*) et amittat res emptas. Et quilibet possit accusare; medietas cuius bani (*hh*) et quarum rerum sit comunis Lugani, et altera medietas sit accusatoris, et ei credatur.

.XXX. De ordinatione condii, sextarii, quartini et medii quartini.

ITEM statutum est quod starius et quartarius et medius quartarius et (*ii*) quartina // et media quartina a vino (*ll*) fiant (*mm*) et reducantur c. 273 v.
secundum quod est condium ad modum antiquum silicet (*nn*) quod in condio sint sex staria, et in quolibet sextario sint quartarii quatuor et in quolibet quartario sint (*oo*) quatuor quartine. Et quod iudex victualium vinculo sacramenti teneatur facere adimpleri (*pp*) suprascripta infra mensem unum.

.XXXI. De pena tenentium necessaria discoperta vel aquayrolos. (*qq*)

ITEM statutum est quod nulla persona habens aquayrolum (*rr*) vel (*ss*) necessarium discopertum (*tt*) in strata comuni (*uu*) cum aliquibus personis vel vicinantia (*vv*) vel platea (*zz*) comuni (*a*) cum aliquibus personis vel vicinantia, possit uti dicto aquayrolo (*b*) vel necessario nixi (*c*) prius

---

u) subtilles A.- v) Manca in A e B.- z) novorum A.-

aa) pullos A.- bb) aliquis A.- cc) non audeat A.- dd) Con infra termina c. 30 v. e iniziasi c. 31 r. in A.- ee) Integrato da A.- ff) banno A.- gg) novorum A.- hh) banni A.-

ii) et manca in A.- ll) quartina vini A.- mm) Manca il verbo in A.- nn) scilicet A.- oo) sunt A.- pp) adimplere A.-

qq) aquarolos A.- rr) aquirolum A.- ss) et B; manca in A.- tt) discoperta B; si segue la lezione di A.- uu) comunis con s cancellata A.- vv) seu in vicinantia A.- zz) Segue cancellato cum A.- a) cum comuni B.- b) aquirolo A.- c) nisi

dictum aquayrolum (*d*) vel necessarium cohoperierit (*e*) usque ad terram. Et si contrafecerit, puniatur in soldis centum terciolorum (*f*) ⟨ qualibet vice. Et si qua persona habeat necessarium ⟩ (*g*) vel aquayrolum (*h*) copertum vel discopertum quod descendat in curia alicuius sui convicini vel qui habitaverit domum ibi prope et iuxta, quod ille convicinus vel qui habeat curiam possit facere derivare suis expensis in alium locum quam derivat et vadit.

.XXXII. (*i*) **Quod comunia Lugani et valis** (*l*) **habeant mensuras signatas.**

ITEM statutum est quod quodlibet (*m*) comune Lugani et vallis teneatur et debeat (*n*) habere et tenere predictas mensuras, et stateras secundum predictam determinationem bene ⟨ coequatas et ⟩ (*o*) coctas et signatas et semel in quolibet anno, semel tantum, teneatur ⟨ et debeat ⟩ (*p*) facere coequari, cocqui et signari de mense februarii, et predictam quantitatem superius determinatam pro coctura et coequatura et signatura illi offitiali seu offitialibus qui super tempora fuerint (*q*) constituti debeant dare, et non ultra. Et ille qui constitutus fuerit ad predicta facienda, (*r*) teneatur expedire ⟨ statim ⟩ (*s*) et sine mora ipsas mensuras coequare et signare cuilibet persone postquam ab eo petitum fuerit per predictam quantitatem supra specificatam pro qualibet mensura, et ultra non debeat accipere nec habere aliquo modo vel ingenio per se nec (*t*) per aliquam submissam personam; et ipsas mensuras bene coctas et coequatas (*u*) et signatas pro predicto pretio reddere teneatur illis personis que eas sibi dederint, ipsa die vel sequenti qua ei consignate (*v*) fuerint. Et comune burgi (*z*) quod predictas mensuras sibi designatas non habuerit (*aa*) bene coequatas et coctas in aliquo anno quando temptarentur per iudicem victualium, solvat quodlibet (*bb*) comune libras quinque terciolorum (*cc*) pro qualibet statera, libras quinque terciolorum (*dd*) pro quolibet stario salis et blave (*ee*) et pro qualibet segia de vino et galeda de oleo; et comune ville pro statera libras quinque terciolorum, (*ff*) et pro qualibet galeda de oleo et segia de vino libras quinque terciolorum. (*gg*) Et hoc (*hh*) habeat locum contra illa comunia burgorum et villarum tantum que secundum formam statutorum comunis Lugani tenentur tenere (*ii*) de ipsis statera et mensuris. Et ille qui acceperit ⟨ aliquid ⟩ (*ll*) plusquam ultra predictam quantitatem pro coctura et coe-

---

A.- d) **aquirolum** A.- e) **coprierit** A.- f) Manca in A.- g) Manca in A e B.- h) **aquarolum** A -

i) Iniziasi c. 31 v. in A: precede al capitolo il titolo in lettere maiuscole rosse **In secunda rubrica.**- l) **vallis** A.- m) **quolibet** A.- n) **et debeat** manca in A.- o) Integrato da A.- p) Integrato da A.- q) **fuerunt** A.- r) **fatienda** A.- s) Manca in A e B.- t) **vel** A.- u) **coequatas et coctas** A.- v) **asignate** A.- z) Segue in A e B **Lugani** che si omette perchè intruso.- aa) A e B **habuerint.**- bb) **quolibet** A.- cc) **novorum** A.- dd) **tertiolorum** A.- ee) **blave** manca in A.- ff) **novorum** A.- gg) **novorum** A.- hh) **quod** B.- ii) **teneatur** A.- ll) Manca in A e B.- mm)

quatura cuiuslibet mensure, vel qui non expedierit vel consignaverit ipsas mensuras ad suprascriptum terminum, debeat solvere comuni Lugani nomine pene (*mm*) soldos sexaginta terciolorum (*nn*) et insuper restituat illud quod acceperit (*oo*) illi a quo accepit. Et quod aliquod comune Lugani et valis (*pp*) non possit (*qq*) agravari occaxione alicuius precepti citationis seu denuntiamenti nec mercedis (*rr*) servitoris quod et que eis fieret (*ss*) occaxione coequationis et signature mensurarum. Citatioque fit comunibus Lugani et valis (*tt*) occaxione sequelle iudicis; in qua citatione determinetur et ponatur, quod veniant ad ipsas mensuras signandas et coequandas. //

XXXIII. Quod nullus iurisdictionis Lugani et vallis (*uu*) audeat vendere aliquid nixi (*vv*) ad iustas mensuras (*zz*) et stateras. c. 274 r.

ITEM statutum est quod aliqua persona iurisdictionis predicte vallis (*a*) Lugani non audeat nec presumat vendere nec emere aliquid quod mensuretur vel ponderetur ad stateram, nixi (*b*) ad stateras et mensuras que sint bene cocte, coequate et signate (*c*) per comune Lugani, sive per offitiales super hoc constitutos in illo anno. Et qui vendiderit cum aliqua mensura vel ⟨ statera ⟩ (*d*) que non sit bene cocta vel coequata (*e*), solvat comuni Lugani libras quinque terciolorum (*f*) et amittat stateram et mensuram cum qua venderetur. (*g*)

XXXIIII°. Quod onzie et lipre, statere et (*h*) balantie sint equales in qualibet parte.

ITEM statutum est quod lipre omnium onziarum et balantie ⟨ et ⟩ (*i*) statere iuste et equales (*l*) fiant in omni parte. Et si quis repertus fuerit habere falsam lipram et onziam et stateram et balantias, (*m*) solvat unaquaque vice pro bano (*n*) libras quinque terciolorum (*o*) pro qualibet lipra (*p*) et media lipra, (*q*) et a media lipra infra, libras quinque terciolorum. (*r*)

.XXXV. Quod facientes cupos (*s*) vel lateres illos faciant ad formam (*t*) comunis Lugani.

ITEM statutum est quod quelibet persona que voluerit facere cupos (*u*) vel lateres seu lapides de terra coctos, (*v*) teneatur et debeat facere illos ad modum et formam comunis Lugani ad expensas eorum qui volue-

---

penne A.- nn) novorum A-. oo) acciperit in A e B.- pp) vallis A.- qq) Manca in A.- rr) mercede A.- ss) fieret eis A.- tt) vallis A.-

uu) et vallis manca in A.- vv) nisi A.- zz) ad iustas stateras A.- a) Manca in A.- b) nisi A.- c) coequate, cocte et signate A.- d) mensura B.- e) coequata vel cocta A.- Iniziasi dopo cocta c. 32 r. in A.- f) novorum A.- g) vendetur B.- corretto come in A.-

h) Manca in A.- i) Completato da A.- l) quales A.- m) balantiam A.- n) banno A.- o) novorum A.- p) libra A.- q) libra A.- r) novorum A.-

s) cuppos A.- t) forneam A.- u) cuppos A.- v) coctas z) cuppos A.- aa) et

rint; et ipsos lapides et cupos (*z*) teneantur et debeant (*aa*) ad illum modum facere et non alium, et eos bene coquere. Et qui contrafecerit solvat pro bano (*bb*) qualibet vice pro qualibet forma seu modelo (*cc*) libras quinque terciolorum. (*dd*) Et iudex victualium teneatur quam subtilius (*ee*) poterit super inquirere. Et quilibet possit acusare (*ff*): medietas cuius bani (*gg*) sit comunitatis vallis Lugani, et alia medietas acusatoris. (*hh*) Et insuper modi qui reperirentur esse falsi comburantur. (*ii*)

.XXXVI. Quod nemo vendat nec emat ceram falsam.

ITEM statutum est (*ll*) super facto cere false, quod nullus homo comunitatis valis Lugani (*mm*) emat nec vendat ceram falsam, et emptio et venditio non valeat. Et qui contrafecerit solvat pro bano (*nn*) pro unaquaque vice libras quinque terciolorum. (*oo*)

.XXXVII. De penis (*pp*) tenentium falsas mensuras.

ITEM statutum est: (*qq*) si quis homo inventus fuerit habere falsum quartarium vel medium quartarium vel minam vel cazam vel starium vel condium (*rr*) vel brentam calcine, solvat pro bano (*ss*) libras quinque terciolorum (*tt*) pro brenta vini et calcine, et libras quinque terciolorum pro quolibet quartario, et a quartario uno infra unaquaque vice qua hec (*uu*) repertus fuerit habere, sive predicte mensure fuerint blave vel salis aut olei. Et iudex teneatur facere temptare predictas mensuras ⟨ infra confinia ⟩ (*vv*) semel in mense per omnes menses anni. Et predicte mensure que reperirentur false, ei comburantur. (*zz*)

.XXXVIII. Quod vendentes ad minutulum habeant onziam ferri.

ITEM statutum est (*a*) quod omnis homo burgi Lugani et valis (*b*) qui vendit cum balantiis (*c*) ad minutulum habeat et habere debeat onzias ferri (*d*) vel arammis vel bronzii a media onzia superius usque ad libram. Et qui contrafecerit solvat pro bano (*e*) libras (*f*) quinque terciolorum (*g*) in qualibet vice. Et iudex teneatur facere ipsas onzias signare et facere eas (*h*) temptare omni mense.

---

debeat manca in A.- bb) banno A.- cc) sive modolo A.- dd) novorum A.- ee) subtillius A.- ff) accusare A. gg) banni A.- hh) accusatoris A. ii) qui reperientur falsi esse conburpentur A.-

ll) statutum est manca in A.- mm) Lugani et vallis A.- nn) banno A.- oo) novorum A.-

pp) pennis A.- qq) statutum est manca in A.- rr) medium B; si corregge come in A.- ss) banno A.- tt) novorum A.- uu) hoc A.- vv) Integrato da A.- zz) comburrentur A.-

a) statutum est manca in A.- b) vallis A.- c) ballantiis A.- d) feri A.- e) banno A.- f) Con libras termina c. 32 r. e iniziasi c. 32 v. in A.- g) novorum A.- h) eis A.-

.XXXVIIII°. Quod quartari cum quibus venduntur res comolas sint ⟨bis tantum ampli quam alti.⟩ (i).

ITEM statutum est quod quartarii, minales et medii quartari cum quibus vendutur res que comolantur sint et esse debeant duo tantum, // seu c. 274 v. duo in amplitudine quo (l) admodum erunt (m) in altitudine. Et si quis repertus fuerit mensurare ad alium quartarium, solvat pro bano (n) in qualibet vice libras quinque terciolorum, (o) et quartarium seu minalis sive medius quartarius ille comburatur (p).

XXXX. De penis (q) illorum qui tenent pensas falsas.

ITEM statutum est (r) quod lipre triginta onziarum et lipre (s) duodecim onziarum sint bene iuste et recte. (t) Et si repertus quartus unius onzie minus de lipra, quod ille cui repertus fuerit lipram minorem de quarto uno solvat pro bano (u) libras quinque terciolorum (v) pro unaquaque vice pro qualibet lipra; et si fuerit media onzia minus, libras quinque terciolorum (z) et abinde supra pro rata.

.XXXXI. De penis (aa) vetantium ⟨querere⟩ si in eius domo est aliquod falsamentum.

ITEM statutum est (bb) : si quis (cc) hospes vel aliquis homo prohibuerit in domo sua vel in aliquo loco (dd) nuntium iudicis querere aliquod falsamentum sive in pannis (ee) sive in lana vel in aliqua alia re in qua falsamentum (ff) potuit comitti, nomine bani (gg) solvat libras vigintiquinque terciolorum (hh) qualibet vice.

.XXXXII. De pena (ii) tenentium falsum passum.

ITEM statutum est (ll) : si quis repertus (mm) fuerit habere falsam cordam seu de quo mensuratur pannum, apponat (nn) nomine bani (oo) libras sex terciolorum (pp).

.XXXXIII. Quod nullus becharius (qq) audeat extirpare aliquid ab aliqua bestia.

ITEM statutum est quod non sit aliquis becharius nec aliqua persona Lugani et vallis vendentes (rr) et vendi facientes carnes venales in burgo et valle Lugani, que audeat nec presumat aliqualiter nec aliquo

i) Manca in A e B; completato come nel **Volumen magnum** al cap. corrispondente.- l) que B.- m) **erant** B.- n) **banno** A.- o) **novorum** A.- p) **comburretur** A.-

q) **pennis** A.- r) **statutum est** manca in A.- s) **lipra** A.- t) **cocte** A.- u) **banno** A.- v) **novorum** A.- z) **novorum** A.-

aa) **pennis** A.- bb) **statutum est** manca in A.- cc) **aliquis** B; seguesi la lezione di A.- dd) Segue cancellata una l A.- ee) **panno** A.- ff) **falmensamentum** A.- gg) **banni** A.- hh) **novorum** A.-

ii) **penna** A.- ll) **statutum est** manca in A.- mm) **inventus** A.- nn) **oponat** A.- oo) **banni** A.- pp) **novorum** A.-

qq) **beccharius** A.- rr) **facientes** A e B.- ss) **rogniones** A.- tt) **smungare** A.- uu)

modo decetero movere nec moveri facere, nec viam extrahere ab aliqua bestia mascula vel femina nullam grassam existentem in ipsis bestiis, nec aliquos rognonos (*ss*) ab ipsis bestiis quovis modo extirpare, smongare, (*tt*) nec ab ipsis bestiis incidere nec viam accipere eorum virilia (*uu*) et insignas seu (*vv*) ipsa virilia (*zz*) seu testiculos et signa masculina vel femina, sub pena librarum sex terciolorum pro qualibet bestia et qualibet vice, et ultra in amissione carnium etc. (*a*)

.XXXXIIII°. De bechariis (*b*) qui tenent carnes abschonsas (*c*).

ITEM statutum est quod nullus becharius nec aliqua persona vendens seu que decetero vendet carnes ad minutulum (*d*) in burgo et valle Lugani, non possit nec debeat tenere in eius domo nec alibi carnes mortuas que sint vendite nec alicui promisse. Sed ipsas carnes teneatur vendere cuilibet emere volenti, non obstante asserta venditione seu promissione. Et hoc sub pena librarum sex terciolorum aplicandarum (*e*) comuni Lugani tantum, qualibet vice et pro quolibet contrafacienti (*f*). Et quilibet possit accusare et credatur eius sacramento sine aliquo teste, et habeat medietatem condemnationis, (*g*) et teneatur secretus. ⟨ Et ⟩ (*h*) iudex victualium inquirere possit.

.XXXXV. De pena (*i*) pischatorum.

ITEM statutum est quod meno portet pissem (*l*) aut pisses per burgum Lugani ad vendendum, nisi in pischariam, sub pena amittendi talem //
c. 275 r. pissem et (*m*) libras quatuor terciolorum. Et antea quam incipiat vendere ipsos pisses (*n*) teneatur presentare ipsos (*o*) domino capitaneo et eius vicario et eis vendere, si voluerint, sub pena (*p*) predicta.

.XXXXVI. ⟨ Sine rubrica. ⟩

QUOD nemo teneat nec portare debeat brentam a vino si non est bulata (*q*) ⟨ a bullo domini officialis Lugani ⟩ (*r*), sub pena librarum quinque terciolorum.

---

virillia A.- vv) sive A.- zz) virillia A.- a) etc. manca in A.

b) Quod bechariis A.- c) absconsas A; con il capitolo iniziasi c. 33 r. in A.- d) minutum A.- e) applicandarum A.- f) contrafatienti A.- g) condempnationis A.- h) Integrato da A.-

i) A penna segue cancellato pis A.- l) pisses A.- m) aut. A.- —n) pisces A.- o) ipsos pisces A.- p) penna A.-

q) bullata A.- r) Integrato da A.-

.XXXXVII. ⟨ Sine rubrica. ⟩

QUOD nemo teneat nec portet galedam ullam ab oleo per burgum Lugani si non est signata a (*s*) bullo, ut supra, sub pena librarum quinque terciolorum.

⟨ .XXXXVII.bis (*t*) Sine rubrica. ⟩

QUOD nullus teneat aliquam ballantiam falsam, ut supra, sub pena librarum quinque tertiolorum.

XXXXVIII. ⟨ Sine rubrica. ⟩

QUOD nullus teneat ullam pensam falsam, sub pena, ut supra, librarum quinque terciolorum.

.XXXXVIIII°. ⟨ Sine rubrica. ⟩

QUOD nullus pischator teneat super pischariam ullum pissem nec pisses (*u*) negatos nec stantivos, sub pena amittendi talem pissem vel pisses (*v*), et postea condemnetur ipse pischator (*z*) in libris quinque terciolorum.

.L. ⟨ Sine rubrica. ⟩

QUOD nullus nec aliqua persona det minus ponderis onziam unam (*aa*) aut plus, et (*bb*) condemnetur ⟨ pro qualibet onzia ⟩ (*cc*) in (*dd*) soldis quatuor terciolorum.

.LI. Quod becharii teneantur (*ee*) tenere insignia ad bestias. (*ff*)

ITEM statutum est quod becharii et omnes facientes (*gg*) carnes venales in burgo et vale (*hh*) Lugani, teneantur et debeant tenere ad eorum banchas insignia ad eorum carnes (*ii*), ad quoscumque quarterios et ad quascumque petias magnas et parvas incisas, et quarumlibet carnium. Et quotiens non reperiantur (*ll*) ad ipsas carnes (*mm*) et petias et quarterios incisas et incisos et separatos ea insignia (*nn*) in aliqua parte, ⟨ condempnentur ⟩ (*oo*) pena soldorum viginti terciolorum pro qualibet petia carnium ubi non inveniantur (*pp*) eorum insignia et pro quolibet bechario

---

s) de A.-

t) Manca in B.-

u) piscem nec pisces A.- v) piscem vel pisces A.- z) et condempnetur eum vel eos A.-

aa) ponderis onzie A.- bb) quod A.- cc) Integrato da A.- dd) Segue libris A.- ee) Segue cancellato incide B. ff) La rubrica manca in A.- gg) fatientes A.- hh) valle A.- ii) carnium A.- ll) reperientur A.- mm) Con carnes termina c. 33 r. e iniziasi c. 33 v. in A.- nn) insignas A.- oo) Manca in A e B.- pp) inveniatur A e B.-

qualibet vice qua contrafecerit, et ad perdendum ipsas carnes sic inventas.

LII. Quod nullus audeat tenere balantias nec pondera nisi sint iusta. (*qq*)

ITEM statutum est quod decetero nulla persona burgi Lugani nec aliunde cuiuscumque status, gradus et preheminentie existat, audeat nec presumat tenere, habere nec uti aliquo modo vel ingegnio aliquas mensuras, stateras, balantias, pondera, nec aliqua alia pertinentia ad usum ponderis et mensure cuiuslibet generis et maneriei velint (*rr*) sint, nisi fuerint et sint iuste et iuste signate, et signata et coequata, prout disponunt statuta et ordinamenta comunis Lugani. Et si quis aliter repertus fuerit (*ss*) habuisse vel habere aliquam vel aliquas ex predictis mensuris, stateris, balantiis et ponderibus falsis, puniatur et puniri debeat per iudicem victualium per modum condempnationis (*tt*) peccuniarie, ut (*uu*) infra provisum est et anotatum, prius habita super ipsis matura (*vv*) et diligenti deliberatione, aliquibus statutis in contrarium disponentibus nequaquam non obstantibus que disponunt de maiori pena (*zz*) super infrascriptis (*a*) quam provisum sit, (*b*) etc.

Pro qualibet brenta vini si reperta fuerit esse falsa condempnetur culpabilis in libris quinque tertiolorum.
Pro quolibet stario vini falso in libris quinque tertiolorum.
Pro quolibet quartino a vino et medio quartino a vino falsis, in libris duabus, soldis decem tertiolorum.

Pro quolibet segiono et statera ab oleo falsis, in libris quinque tertiolorum. //
c. 275 v. Pro quolibet quartino et quartina ab oleo falso, in libris duabus, soldis decem tertiolorum.

